 Per testes familiares qualiter proberetur valor beneficii,  
 534. 8  
 Per testes qualiter proberetur facta solutio pensionis. 569. 3  
 Testibus probatur metus, magisque creditus, testibus  
 deponentibus de metu, quam mille deponentibus de  
 spontanca voluntate. 705. 2
- Titulus.*
- Ad tituli exhibitionem cogendus non est possidens alii-  
 quamdua plura compatibilis. 90. 1  
 Ad titulum & dispensationem papalem exhibendam cog-  
 potest possidens plura incompatibilis. 90. 1  
 Titulus hic, si in eo casu intra terminum ad exhibendum  
 praefixum, non exhibetur, possessor praemunit illa  
 plura possidere iniuste. 90. 1  
 Per tituli dispensationis non ostensionem factam Ordina-  
 rio ab habente incompatibilis vacant ex ipso iure. 188  
 Titulus apostolicus est multiplicabilis, etiam exitio ab  
 inferiore accepto. 193. 6  
 Titulus apostolicus validitate supposita, si insuper procure-  
 tur alius, cautela est nimis arguens fraudem. 193. 6  
 Titulus saltem coloratus in beneficilibus necessarius est,  
 ut restituvi quis possit, quoad possessionem. 239. &  
 715. 1  
 Titulus & jus resignantis quando probare tecatur resi-  
 gnatarius. 263  
 Titulum, nequidem coloratum, tribuit secunda resignatio  
 eiusdem beneficii. 263. 1  
 Titulus beneficii consequitur quis post signatum suppli-  
 cam; non est ramus in suo esse perfectus ante expedi-  
 tionem literarum. 304. 1  
 Titulus opus non est ad Ordines minores. 306. 3  
 Ad titulum coloratum seu præsumptum requiritur, ut cum  
 accepit legitimā Superioris auctoritatem, et si non ve-  
 rum ob occultum defecit. 374. 3  
 Titulus talis dimitti fine auctoritate Superioris nequit.  
 374. 3  
 A titulo spirituali separari nequeunt fructus, seu jus ad  
 fructus auctoritate Ordinarii. 445. 2  
 Titulus aliquis sum & qualiter exhibendus in iudicio sum-  
 mariissimo possessor restringenda. 587. 4  
 Titulus coloratus ad effectum restitutionis in spolio inbe-  
 neficilibus qualiter probandus. 715. 3  
 Sufficit ad hoc probatio levius. 715. 3  
 Titulus beneficii ut conservetur & non extingatur, tem-  
 per sumenda præsumptio. 881. 2
- Tractatus.*
- Tractatus antecedens inter resignantem & resigntarium  
 de solvenda annuali pensione non reddit resignationem  
 simoniacam. 435  
 Tractatus de resignando certo modo non est prohibitus.  
 435. & 726. 1. & 729.  
 Tractatus non includit firmam aliquam conventionem.  
 729.  
 Tractatus Episcopi cum Capitulo de necessitate, usq; ad  
 faciendam unionem est solennitas requisita ad valorem  
 unionis. 913
- Transactio.*
- Transactio omnes factæ à momento commissi crimi-  
 nibus, cui ipso iure statuta privatio beneficii, tam circa be-  
 neficium quam fructus, sunt nullæ. 166. 1  
 Secus, ubi reus privandus solum per sententiam. 166. 1  
 Trans-

## æ materiarum.

Transactio num possit bona Ecclesiæ fidei juris solen-  
nitatis dimitti apud possessorem. 199. 8  
Transactio facta per resignantem stare tenet resig-  
natarius, idem est de alio successore, modò transactio fa-  
cta in utilitatem Ecclesiæ, & adit confirmatio Papæ. 258  
vide v. Successor.  
Transactio potius sit inter Ecclesiæ seu dignitates, quam  
personas. 256

### Translatio.

Translations acceptata (vel etiam ubi ea sic invito transla-  
to ex gravi causa) vacat prior Ecclesia, etiam ante ca-  
ptam possessionem alterius, ubi translatus sit Episcopus,  
vel aliis Prelatus, qui propriè dicatur sponitus Ecclesiæ,  
160.  
Translations Parochorum factæ in concurso de reuia ad  
pinguiorem parochiam licet sunt, & sicut desiderari  
posunt. 416. 2  
Translations quoque similes Episcoporum factæ ex no-  
minatione Regis vel Papæ providentia sunt licite, & ap-  
peti posunt. 416. 2  
Translatio vera num sit, dum Episcopus alterius conferre be-  
neficium piagius cum onere dimittendi præhabitu  
tenius. 736. 2. & seq.

### Tribunal.

Tribunalia magistrorum in delictis scandalosis puniendis quan-  
doque transducunt rigorosos juris cancellios, & arbi-  
trium dilatant.

### Tridentinum.

Tridentini decreta omnia conseruent decretum irritans. 39  
Tridentino ob ejus autoritatem specialiter derogari non  
solet. 39  
Tridentino si derogatur, sufficit derogatio generalis, eti  
specialis & individua ejus mentio non sit. 39  
Tridentinum sum constitutus, ut obtinet secundo bene-  
ficio sufficiens aut insufficiente ipso facto amittatur pri-  
mum sufficiens. 91. 2  
Tridentinum ex incompatibilitate beneficiorum inducens  
vacatio beneficiorum non comprehendit incompati-  
bilitatem ortam præcisè ex unius sufficiens. 91. 2  
Tridentinum statuit tamquam singulis conferendum  
sufficiens. 91. 2  
Tridentinum non obstat consuetudo quarundam Ecclesiæ-  
rum non percipiendi in beneficio fructus pro primis an-  
nis, dum hi conservantur defuncto, ejusque hereditibus,  
vel ab eis illa reservatione & refusione cedunt Capitu-  
lo, vel Capitularius. 103. & 104  
Tridentinum non recipio num obtendi possit ad retinendas  
tales consuetudines & statuta. 104. 2. & 3  
Tridentinum receptum esse in provincia aliqua aut Coi-  
ncilio provinciali non obstat, non receptioni illius particu-  
lari, & in specie Capituli aliquius, seu Ecclesiæ. 104. 2

### Turnus, Turnarius.

Turnarius à Capitulo habet potestatem instituendi, vel  
potius nominandi, ita ut à Capitulo ipso fieri instituio. 39. 1  
Turnus non minus collatione facta vi permutationis com-  
sumitur, quam per collationem ex quacunque alia va-  
catione. 876  
De tursico consumptione remissiva. 876

### Tutor.

Tutores habent Minores 14. annis. 324  
Sine tutoris consensu resignare nequit Minor 14. annis.  
324. 3.

### Vacatio, Vacare.

Vacatio beneficii triplex est, de facto tantum, de jure tan-  
tum, de facto & jure simul. 2. 1  
Vacatio beneficii ejusdem de facto contingere potest per  
mortem unius, & vacatio de jure per mortem alterius. 2. 1  
Non est vacatio de facto tantum, dum quis collationem fibi  
factam necdum acceptavit. 2. 1  
Vacatio de facto dicitur beneficium, non vero de jure, dum  
beneficiarius diu absens, aulio constituto Vicario, necfi-  
etur, ubi sit. 2. 1  
Vacatio de facto & de jure simul est superior, naturalior, po-  
tentior, & de ea propriè intelligenda verba ejusmodi  
dispositionis. 2. 4

P. Lauren. Not. Benef. Tom. III.

Vacatio modi sunt: naturalis, & civilis, per  
mortem sicut naturalem, vel civilem benefi-  
ciari, 3  
Vacatio omnis nomine simpliciter prolato non venit vacatio  
per obitum, de qua in reg. de infirmis. 349. 4  
Vacatio nomine simpliciter prolato venit vacatio, tam  
per mortem civilem, quam per naturalem. 4. 1  
Vacatio modus omnis comprehenditur in dispositione  
de vacatio. 4. 1  
Item in supplicatione & interpretatione, dum in ea sit mentio  
de vacatio simpliciter. 4. 1  
Vacatio nomine in reg. 8. venit tam vacatio in jure tan-  
tum, quam defacto tantum, ut & vacatio de jure & fa-  
cto simul. 4. 2  
Vacatio nomine in dubio intelligitur vacatio de jure,  
& defacto simul, sive omnimoda vacatio. 4. 3  
Vacatio, dum narratur Papæ facienti gratiam, si supponit  
beneficium vacare omnimodo. 4. 4  
Vacatio tamen non intelligitur, nisi de jure tantum, ubi  
mentio facta de possessione alterius. 4. 4  
Vacatio nomine in materia ambitiosa (qualis est im-  
petratio beneficiorum) non venit vacatio facta & qualifi-  
cata, sed vera. 4. 5  
Vacatio per mortem civilem non comprehenditur in im-  
petratione per cessionem, vel decepsum. 4. 5  
Vacatio uno modo expresso, non veniat nisi modi va-  
cationis in materia odiosa, qualis est impetratio bene-  
ficiorum; fecus est in non odiosa. 5. 1  
An id ipsum procedat in gratia motu proprio concessis, &  
in scriptis Ordinariorum. 5. 1  
Vacatio uno modo expresso non venit alter, etiam in  
favorabilibus, dum verbum *vacatio* profertur ab homi-  
ne; quod ipsum limitatur. 5. 2  
Secus est in dispositione juris, etiam in odiosis, dum in mo-  
dis non expressis militat eadem ratio. 5. 2  
Vacatio modo illo expresso, quo vacare beneficium  
communis est opinio, non veniat & alius modus, &  
sic valeat impetratio, si illo modo expresso non vacet be-  
neficium. 5. 3  
Vacatio modo expresso non vacante beneficio, nam va-  
leat gratia, & veniat alter modus, dum verisimiliter pra-  
sumitur Papa concessurus gratiam, etiam alio modo va-  
cante beneficio. 5. 4  
Vacatio modo certo expresso comprehenditur modus  
omnis alius vacationis, dum apponitur clausula: *sive  
præmissa, sive alio quovis modo vacet.* 5. 4  
Vacatio modo non expresso, & habendo modum non  
expressum pro expresso, num conferre possiat collatores  
Papæ inferiorum. 5. 4  
Vacatio modus ex alia persona non expressa non com-  
prehenditur dicta clausula: *sive præmissa, sive alio quo-  
vis modo vacet.* 6. 1  
Item comprehenditur illa solum omnis modus vacandi de  
presente, & non de futuro. 6. 2  
Vacatio modus non venit alius vi dictæ clausula, si da-  
tus dispositivè certus modus vacandi. 6. 3  
Ad Vacationis certum modum dum Papa restringit gra-  
tiam, manet elisa vis dictæ clausula. 6. 4  
Vacationis modus expressus, dum omni modo sit fallus, ar-  
guitur per dolum exorta dictæ clausula, adeoque ma-  
net vis illius elisa. 6. 4  
Ad vacationis modum quemcumque quandam licet vis  
dictæ clausula recurrere provio. 6. 4  
Vacationis modus, ex quo resulat reservatio, non com-  
prehenditur dicta clausula simpliciter conceputa, nullà  
facta alienus reservacionis mentione. 6. 5  
Vacationis tamchæ omnis modus quemcumque importans  
reservationem venit, ubi in dicta clausula facta mentio  
reservationis. 5. 6  
Vacationis futuram quandoque comprehendit verbo *va-  
care* prolato in presenti, & econtra quandoque vaca-  
tionem de presenti verbo *vacare* prolato in futuro, quan-  
doque etiam ab eo prolato in ppterero comprehenditur  
vacatio futura. 7. 1  
Vacatio de jure tantum sufficit, ut beneficium provideri  
& interpretari possit. 8  
Vacatio de facto tantum sufficit ad effectum reservationis  
maxime, de qua loquitur & regula. 9  
Ad vacationis narrativam verificandam sufficit illam pro-  
bare de facto. 9. 1  
Vacatio per obitum illius ex duobus litigantibus super be-  
neficio, qui in possessione beneficii decedit nullâ habita-  
ratione, an jus bonum, nec ne habuerit, attenditur. 9. 1

# Index rerum

- De vacatione de facto tantum intelligenda est quoque 8.  
 regula Cancell. quæ limitatur. 9. 2  
 Vacatio de facto ad effectum dicta regulæ non sufficit,  
 dum, qui beneficium de facto tenebat, erat notoriè in-  
 tritus, vel violentus occupator. 9. 2  
 Vacatio positivè exprimenda in impetracione & provi-  
 sione beneficij, & in hac expressione constitutæ præcipue  
 honestas gratia. 10. 1  
 Vacationis modum exprimere, et si olim necesse non fuc-  
 tur ( utr. nec modò in Gallia ut Tond. ) nunc tamen vi-  
 reg. 46. id necesse est, est que provisio alias nullæ. 10. 2  
 Vacationis modi, dum plures sunt, sufficit exprimere unum.  
 10. 3  
 Vacationis modum necesse non est exprimere, dum provi-  
 detur tamquam de voluntate. 10. 4  
 Vacationis mensis sub pena nullitatis exprimendus in o-  
 mibus gratiis beneficiis. 11  
 Non vacatio seu plenitudo beneficij de facto narranda, dum  
 neque illo vacante de jure qui illud possidet. 12  
 Quod tamen intelligendum de possessione seu occupatione  
 colorata. 12  
 Non vacationis tamen etiam illius tacituritas non virtutis  
 gratiae substantiam, sed solùm illam partem gratiae,  
 quæ datur Executores. 12  
 Vacatio prout narrata, ita est verificanda. 13. 2  
 Vacatio tempore datæ verificanda. 13. 2  
 Vacationem narratam verificare de facto sufficit ad evi-  
 tationem subreptionem. 13. 3  
 Vacationem verificare de facto sufficit eo modo, quo in li-  
 teris narratur. 13. 4  
 Vacationis modum expressum sufficit esse verum de facto,  
 et si non sit verus de jure. 13. 4  
 Nisi forte ageretur de inferendo perpetuum præjudicium  
 Ecclesiæ. 13. 4  
 Vacationis modum expressum verificare opus non est in  
 collatore ordinatio apponente clausulam i seū alio quo-  
 via modo. 13. 4  
 Vacationis modus expressus in collatore ordinario non vi-  
 deatur causa taxationis. 13. 4  
 Vacationis modi plures, dum æquæ dispositivæ, sed ex ca-  
 dem persona alternativè narrantur, satis est alterutrum  
 verificari, dum vero plures narrantur copulativè omnes,  
 sicut de facto, verificari debent. 13. 5  
 Vacatio in mense Apoll. narrata nisi verificetur, saltem de  
 facto, capi nequit beneficium, etiam ex clausulis gene-  
 ralibus. 14. 1  
 Vacationis mensis etiam citra necessitatem cum exprimen-  
 di expressus est verificandus. 14. 2  
 Vacationis mensis probatio debet esse plena. 14. 3  
 Limitatur id ipsum. 14. 4  
 Vacatio, etiam simpliciter considerata, non præsumitur,  
 nisi probetur. 15. 1  
 Vacationis tempus quoad effectum reservationis est plenè  
 probandum. 15. 2  
 Vacationis notitia in ordine ad hoc, ut censetur clausus  
 terminus ad presentandum & conferendum debet esse  
 indubitate. 16  
 Vacationis scientiam vel ignorantiam ex quibus arbitrari  
 debet Judex. 16  
 Vacatio non inducitur ex persona habentis solum jus ad be-  
 neficium. 17  
 Vacatio prior non extinguitur per electionem ante confir-  
 mationem, aut per presentationem ante institutionem,  
 & hinc non vacat beneficium per obitum electi aut præ-  
 sentati. 17  
 Vacatio ex persona habentis jus tantum ad beneficium in-  
 ducitur, non tantum in ordine ad effectum, ut intret re-  
 servatio, sed & ad alios. 17  
 Vacaciones duas induci ex una eadomque persona est im-  
 possible. 18. 1  
 Vacatio duplex non datur, una per resignationem, altera  
 per obitum, duas insirmus resignans moritur ante 20.  
 diem post resignationem; sed una tantum per obitum.  
 18. 2  
 Vacatio num inducatur morte Commendatarii perpetui,  
 18. 3, & 29  
 Vacatio non inducitur morte commendatarii, sed vacatio  
 prima quasi reviviscit. 18. 3  
 Vacatio juris ut prius respectu ipsius tituli conservatur, &  
 mülque darum ex persona commendatarii vacatio de fa-  
 cto. 18. 3  
 Adeoque vacatio solida, hoc est, de jure, & de facto resul-  
 tar ex cessatione commendæ. 18. 3
- Vacatio non consumitur per provisionem in forma dignæ.  
 19. 1  
 Vacatio non consumitur per provisionem de facto, hoc  
 est ipso jure nullam. 19. 2  
 Sic non consumitur per presentationem, etiam secundum in-  
 stitutionem; item per collationem, factam contra me-  
 tem fundatoris. 19. 2  
 Vacatio non consumitur per legitimam collationem non  
 acceptatam. 19. 3  
 Consumitur, seu exspirat per collationem acceptatam ante  
 captam possessionem. 19. 3  
 Item per signaturam supplicationis registratam ante expe-  
 ditionem literarum, etiam cum omni effectu, etiam re-  
 spectu reservationis, & affectionis, qua prius affectum  
 beneficium. 19. 3  
 Secus tamen est, ubi haec signatura, seu rescriptum esset in  
 forma dignæ. 19. 3  
 Vacatio non consumitur per commendationem beneficij.  
 19. 4  
 Vacatio prout consumetur, & nova impeditur per unionem  
 beneficij cum alio. 19. 4  
 Vacatio prior non reviviscit, rescripta unione. 19. 5  
 Vacatio prior perseverat, unione declarata nullâ. 19. 5  
 Vacatio non extinguitur per unionem non extinctivam ti-  
 туli, seu non factam in perpetuum. 19. 5  
 Vacatio Sedis Episcopalis per confirmationem, vel provi-  
 sionem Apostolicam hodie ditti non extinguitur ante ex-  
 peditas desuper literas Apostol. & Capitulo presentatas.  
 20  
 Idem est de vacatione Sedis Abbatis. 20  
 Vacatio beneficiorum manualium contingit per obitum,  
 resignationem, actionem. 21  
 Vacatio beneficij ex natura sua perpetua, collata per Pa-  
 pam ad certum tempus, contingit elapsu illi termino  
 ut etiam per mortem Papæ; ubi is illud consulit ad be-  
 neplacitum suum. 21  
 Vacatio vera ad effectus juris, præterea reservationis, &  
 affectionis non datur in beneficio manus. 21  
 Vacatio beneficiorum de mensa non datur. 22  
 Vacatio eccliarum Cathedralium & Regularium durare  
 non debet ultra trimetrum; Vacatio vero Praetalarum  
 ecclesiæ Collegiatæ durare potest ad semestre. 22  
 Vacationis tempus propriè est illud, quo beneficiatus ce-  
 dit, vel decedit. 22  
 De vacationis principio, & non de processu temporis intel-  
 ligitur, dum dicitur beneficium vacavit de tali tempore  
 24  
 Vacationis tempus momentaneum est, & indivisibilis. 24  
 Vacationem durare, & beneficium vacare sunt diversa. 24  
 Vacationis tempus, non autem tempus, quo ea duravit, at-  
 tenditur in ordine ad reservationem. 24  
 Vacationis locus is est, ubi est persona beneficiarii, dum  
 agitur de vacatione orta ex facto illius negativo; dum  
 vero agitur de vacatione orta ex facto positivo, vi cuius  
 ipso jure privatus est beneficium, locus vacationis is est,  
 in quo factum illud committitur, & non, ubi fieri sen-  
 tentiam; scilicet, si factum tale, ob quod privandus per fe-  
 tentiam. 25. 1  
 Vacatio contigit ibi, ubi beneficiatus moritur. 25. 1  
 Item ubi apprehenditur possessio, ob quam capitam vacat  
 prius habitum. 25. 1  
 Idque etiam, dum apprehenditur possessio per procurato-  
 rem; scilicet, si per amicum alium, postea prius ratifi-  
 canda à principali; tunc enim ibi vacare dicitur benefi-  
 cium illud prius, ubi præstatur ratihabito illa. 25. 2  
 Vacatio contingit ibi, ubi qui passus privandis feren-  
 tiam. 25. 4  
 Item ibi, ubi beneficiatus contrahit matrimonium, etiam  
 per procuratorem. 25. 1  
 Item ubi fit resignation. 25. 6  
 Vacatio dicitur contingere in curia, dum quis resignat suum  
 beneficium, etiam permutationis gratia in manus sui  
 Ordinarii, tunc forte in Curia præficiis; scilicet, si facta co-  
 ram Ordinario ultra 2. diecas in Curia. 25. 6  
 Vacatio ibi contingit, ubi fit cessio, seu resignatio beneficii  
 per procuratorem. 25. 6  
 Vacatio ibi contingit, ubi præstatur ratihabito permute-  
 rationi, vel cessioni facta forte per amicum beneficiarii.  
 25. 6  
 Vacatio non contingit ibi, ubi constitutus procuratus ad re-  
 signandum. 25. 6  
 Vacatio beneficiorum reservatorum & affectionum dicitur  
 contingere in Curia. 25. 7  
 Vacatio

## ac materiarum.

- Vacatio in dubio presumitur ibi, ubi beneficiatus habet domicilium. 25. 8  
 Vacations modus precipius est per mortem naturalem. 26. 1  
 Vacatio datur morte habitis solum jus in beneficio. 28  
 Vacatio per obitum decedentis in possessione attenditur ad effectum juris conferendi. 28  
 Vacatio inducitur per obitum illius ex litigantibus, qui obit in possessione, non attento, au bonū jus habeat, nec ne. 28  
 Vacatio quoque decedentis in possessione attenditur in ordine ad reservationem. 28  
 Vacatio non inducitur morte privati ipso jure beneficio; fecus de privando, dum nempe is moritur post admissionem critica ante sententiam. 30  
 Vacatio num inducatur morte habensis regressum ad beneficium diminutum. 31  
 Vacatio manuialis inducitur per obitum habitis istud. 32  
 Item per obitum concedentis illud, vel etiam alias perpetuum ad beneficium suum. 32. 2  
 Vacatio per obitum, & per resignationem in multis, & in ordine ad plures effectus猝 equiparuntur. 33. 1  
 Different tamen etiam in plurimis, & quod vacari per reservationem, dici acut vacare per obitum resignantis. 33. 2  
 Vacatio datur quidem per obitum, sed facta seu interpretativa, resignante moriente intra 20. dies. 33. 3  
 Vacatio per obitum ut censetur, & ac si resignatione nulla facta fuisset, facere potest Papa, resignante moriente intra 20. dies. 33. 3  
 Vacationis hic modus per obitum est fictus, adeoque non comprehenditur sub regulis, alisque dispositionibus, & concessionebus, loquentibus de vacatione per obitum. 33. 3  
 Vacationem dictam esse veram vacationem per obitum, & comprehendendi in regulis, dispositionibus, censent alii. 33. 4  
 Vacatio inducitur per obitum resignantis in favorem, co moriente ante admissionem resignacionis, vel etiam post eam, ante tamen primitum censendum in Camera, vel Cancellaria. 33. 5  
 Item nos impletis conditionibus, sub quibus resignavit. 33. 5  
 Item co moriente ante acceptationem resignari. 33. 5  
 Item co moriente, antequam resignatus consentiat reservationi fructuum, vel peccatoris. 33. 5  
 Vacatio per obitum resignantis ut inducatur in Gallia, tria requiruntur. 33. 5  
 Vacatio per obitum inducitur & narrata qualiter probandus obitus. 34  
 vide v. *Obitus*.  
 Vacationem omnium beneficiorum habitorum ipso jure absque omni sententia, etiam declaratoria, inducit matrimonium contractum. 36. 1. & 2  
 Vacatio haec non inducitur ob delictum, sed ob assumptum statum incompatibilem. 36. 2  
 Vacatio tamen beneficiorum, que Graeci more suo constituta habent, non inducitur matrimonio. 37  
 Vacationem beneficiorum, ut nec ponam amissionis beneficij per sententiam inducunt ipsi fons. 40  
 Vacatio beneficiorum non inducitur ob matrimonium nulliter contractum. 43. 1  
 Contrarium tamen, nempe ob matrimonium a sciente contractum nulliter induci privationem beneficij ipso jure, tenet alii. 43. 3  
 Vacatio beneficiorum non inducitur, dum matrimonium nullum est ob defectum consensu ipsius beneficiari; fecus tamen est, ubi defectus consensu est ex parte mulieris, vel etiam si ipse beneficiatus sicut coalessit. 44. 1  
 & seq.  
 Vacatio non inducitur, dum beneficiatus scienter contrahit matrimonium per verba de praesente cum impubere. 45  
 Vacatio ipso jure inducitur ob matrimonium contractum clandestinum. 46  
 Vacatio ipso jure inducitur ob matrimonium nulliter contractum, quia beneficiarius erat in Ordinibus Sacris. 46  
 Vacatio ut inducatur, indubitanter probari debet ipsum factum matrimonii contracti aut attestati, nec sufficit probati sponsalis. 49. 1. & 2  
 Nec sufficit lacunam sententiam pro validitate matrimonii, si pender causa refutationis in integrum. 49. 2  
 Vacatio beneficiorum habitorum in statu seculari ipso jure inducitur per professionem religiosam tacitam vel expressam. 50. 1  
 Secus est de professione, quam emituntur equites quorundam Ordinum militarium. 50. 2  
 vide v. *Professio*.

K. P. Leuren, *Feri Benef. Tom. III.*

- Vacatio non inducitur professione nulla. 51  
 Vacatio beneficiorum habitorum tempore novitatis non inducitur per ingressum religionis in Societate IESU. 52  
 Sed vacatio ea modis vi resignationis, quā ea ante emissā vota simplicia resignare debent, dum ea olim ad professionem nūque retinere poterant. 52  
 Vacatio beneficiorum non inducitur per ingressum in monasterium, seu novitatum. 54  
 Vacatio beneficiorum à Novitio resignatorum ante professionem inducitur, non per securam illam professionem, sed per resignationem, et si hæc suspensa usque ad professionem. 54  
 Vacatio beneficiorum Novitii adhuc non intrat, consuero novitatis tempore cum, vel sine causa prorogato. 55  
 Vacatio inducitur ipso jure per militiam seculariem. 59. 1  
 & 644. 5  
 vide v. *Militia*.  
 Idque, etiam si factus miles constitutus in factis. 59. 2  
 Limitantur hæc ipsa. 59. 3. & 644. 5  
 Vacatio beneficiorum non inducitur captivitate, 60. 1  
 vide v. *Captivitas*.  
 Vacatio seu privatio beneficiorum non inducitur per incarcerationem perpetuam, dum de illa privatione nihil dictum in sententia. 60. 2  
 Vacatio beneficiorum præhabiti sufficientis non inducitur ipso facto, & quidem vi Trid. ob affectuonem secundi simplicis non residentialis. 91. 2  
 Vacatio beneficiorum præhabiti insufficientis non inducitur per affectuonem secundi sufficientis. 91. 2  
 Vacationem primi sufficientis ipso jure induci ob affectuonem secundi insufficientis docet Garcias. 91. 3  
 Vacatio ipso jure inducitur per affectuonem secundi, dum fundator statuit, ut habens à se fundatum assequi nequeat aliud. 93  
 Vacatio duorum beneficiorum insufficientium præhabitorum sum ipso jure inducatur per affectuonem tertii sufficientis. 94  
 Vacatio plurium & omnia incompatibilium cum dispensatione præhabitorum inducitur ipso jure per affectuonem novi beneficii. 94  
 Idque etiam, si collatio novi illius beneficii sit invalida, 95  
 vacatio duorum incompatibilium habitorum ex dispensatione non inducatur per affectuonem tertii, dum habenti ista duo desuper concessa facultas dimittendi ex illo unum, & loco illius recipiendi aliud, & is ex duobus illis resignat unum, reservatis sibi illius fructibus. 96  
 Ad vacationem ipso jure inducendam per affectuonem secundi non sufficit hujus collatio valida, etiam acceptata; sed requiritur insuper ejus possessio, nisi per ipsum prouidum sit, quod minus tam accepit. 79. 1. & 2  
 vide v. *Possessio*.  
 Neque tamen adhuc vacatio inducitur, dum provisus pro possessione capienda contra intrusum, præfertim non moritus ab hoc, nullum facit diligenciam. 79. 2  
 Ad vacationem illam inducendam requiritur, ut beneficium secundum obtentum sit pacifice tam quo ad titulum, quam ejus possessionem. 97. 3  
 vide v. *Possessio*.  
 Vacatio non inducitur obtentio & possessione secundi beneficii litigiosi. 98  
 Ad vacationem præhabiti non requiritur, ut id quoque pacifice quoad titulum & possessionem obtineatur. 99  
 Vacatio beneficii secundi litigiosi non inducitur per hoc, quod quis ante illam litem finitam accipiat possessionem pacifici primi, quam ante obtentionem secundi secundum habebat. 99  
 Vacatio primi beneficii non statim inducitur ab obtentia pacifici & possessione secundi, sed expectandum insuper per 2. mens. 100. 1  
 vide v. *Possessio*.  
 Ad vacationem illam impediendam possesso adhuc dicitur in continete, seu limine suo turbari, dum intra bimelle ab ea capti' inovetur lis. 100. 1  
 Vacatio inducta censetur non à puncto temporis, quo clausi diisti duo mens, sed à principio capti' possessionis. 100. 2  
 Ad vacationem præhabiti inducendam requiritur, ut possesso pacifica sit etiam fructuosa, sive ut quis sit in pacifica possessione percipiendi fructus ex secundo beneficio. 101

i 3

Vaca-

# Index rerum

- Vacatio præhabiti non datur intra annum, vel etiam biennium, quo obtinens secundum tenetur carcere illius fructibus applicandis fabrica. 101.
- Vacatio præhabiti non induceret pro toto vita tempore illius, cui fructus major pars secundi beneficii ad vitam relevata. 102.
- Vacatio illa non impeditur, et si ex secundo fructus pro primo anno nulli percipiatur, modò post mortem beneficiari obveniant illi, aut ejus hæreditibus. 103.
- Vacatio illa num impeditur pro illo anno, dum isti fructus cedunt capitulo, non refundenti defuncto, ejus hæreditibus? 104.
- Vacatio præhabiti inducitur per possessionem secundi de facto, & non de jure, seu captam recipiā iustitiae & perpetram scientier; fecus, si scientier v. g. cum ignorantia nullitatis tituli. 105.
- Vacatio præhabiti ut inducatur, requiritur, utrumque beneficium collatum ia perpetuum, sive in titulum, sive in Commendam. 106.
- Vacatio ipso jure modò post Trid. non olim inducetur præhabitorum, ad obventionem secundi, dum ambo requirunt residentiam præfam. 110. 1. & 2.
- Sed ante Concil. Lateran. sub Alexand. III. unum ex iis reflecta optio, dimittendum; tempore vero dicti Concil. sub Alexand. IV. obtinens secundum incompatible, privandus veniebat per sententiam. 110. 1.
- Vacatio præhabiti curati inducitur ipso jure, & secundi curati per sententiam, dum quis ambo simul retinere contendit. 110. 2.
- Vacatio præhabiti non inducitur ratione residentiae, dum residentia utriusque non est perpetua, vel non incurrit in idem tempus. 110. 2.
- Vacatio utriusque beneficii residentialis ipso jure inducitur, dum quis ipso jure utrumque retinere contendit. 111.
- Vacatio præhabiti curati ante Concil. Lateran. 3. non inducatur ipso jure per affectionem secundi curati, nequidem, si utrumque quis retinere præsumebat, sed debebat unum, quod malebat dimittere. 123. 1.
- Vacatio non ipso jure, sed per sententiam secundi curati inducatur tempore dicti Concil. 123. 1.
- Vacatio ipso jure præhabiti curati & secundi quoque, dum quis utrumque retinere intendebat, inducatur tempore Concil. 4. Lateran. vide c. de multa. 123. 1.
- Ut autem vi his cap. inducatur dicta vacatio, requiritur, utrumque esse strictè curatum. 123. 1.
- Vacatio eadem inducitur vi Extrav. Execrabilis. & ultius extenditur, ut nimis locum habeat, dum unum est largè curatum, vel etiam dignitas, personatus, officium sive cura. 123. 1.
- Qua quod vacationem illam statuta in c. de multa. & Extrav. Execrab. in suo vigore perseverant post Trid. 123. 2.
- Ultra que tamē constituit Trid. ut eadem vacatio eodem modo locum habeat in aliis beneficiis undecunque incompatiblebus. 123. 2.
- Non extendere se Trident. ad alia, quam ad quae se extendent c. de multa. & Extrav. Execrab. sentiunt alii. 123. 2.
- Vacatio præhabiti ipso jure non inducitur ob affectionem alterius uniformis in eadem Ecclesia, sed ad summum cogi quis potest ad dimittendum alterorum. 123. 2.
- Vacatio præhabiti regularis ad affectionem alterius similis inducitur ipso jure, & nisi statim dimittatur, inducitur quoque vacatio secundi. 145. 1.
- Vacatio utriusque ipso jure inducitur vi decreti de dividendo primum additi in provisione secundi, nisi intra duos menses de nitetur primum. 146.
- Vacatio beneficiorum omnium inducitur ipso jure post ad epi Episcopatus confirmationem & possessionem. 149.
- Vacatio Episcopatus, vel etiam Abbatia num inducatur per affectionem alterius beneficii? 144.
- Vacatio præhabitorum à promoto in Episcopum non inducitur nisi post confirmationem illius. 155. 1.
- Inducitur tamē ante illam, si quis ante illam se iustitie, validē tamē, consecrari fecisset, & administrationi immisceret. 155. 1.
- Vacatio non inducitur præhabitorum ante pacificam & fructuosam possessionem Episcopatus. 155. 2.
- Vacatio illa quoque inducitur ipso jure, dum electus confirmatus fuit morosus in adipiscenda possessione, & se intra 3. menses à confirmatione non fecerit consecrari. 155. 2.
- Vacatio illa præhabitorum tempore promotionis censetur induci à puncto promotionis ad effectum, ne ea promotus resignare sur permute possit. 155. 2.
- Vacatio illa præhabitorum mox inducitur post promotionem ante etiam caparam à consilio modo possessionem ubi papia promotione, hoc est confirmatione deciderit, vacate beneficia ex tunc; fecus, sitale decretum non adit. 155. 2.
- Ad ea tamen redire posset promotus sine nova collatione non obstante illo decreto, & vi illius capra ab aliquo eorum possessione, ubi promotus capere nequit Episcopatus possessionem. 155. 3.
- Vacatio præhabitorum, praescindendo ab illo decreto, statim consequitur ante lapsum 3. meadium datorum à jure ad suscipiendum consecrationem, ubi ante possessionem consecratus est, vel mox à consecratione sumptus possesionem. 155. 3.
- Expectandus tamen est lapsus istorum 3. meium, si possessionem non acceptit, nec ante consecrationem, nec statim post. 155. 4.
- Ad vacationem hanc inducendam requiritur adeptio possessionis & consecrationis, vel loco consecrationis lapsus trimestris istius. 155. 4.
- Ad eam inducendam post consecrationem adhuc expectanda possesso, sine qua non vacat. 155. 4.
- Post possessionem vejdū expectanda vel consecratio, vel ministerio datum ad illam. 155. 4.
- Vacatio illa tamen inducitur ante possessionem, ubi per promotum sterit, quod minus capra. 155. 4.
- Vacatio illa præhabitorum durante illo tempore, ad quod dispensatum cum promoto ad differendam consecrationem, num inducatur? 155. 4.
- Quoad vacationem, quid dictum de promotis in Episcopum, idem dicendum de promotis ad Abbatiam regularem vel seculariem, similitente & equivalentem Abbatia prælatura. 155. 4.
- vide v. *Abbas*.
- Vacatio præhabitorum simplicium non inducitur per promotionem ad Cardinalatum, curata tamen nec retinere, nec de novo obtine potest sine dispensatione. 159.
- Vacatio prioris Ecclesie inducitur etiam ante capam possessionem Ecclesie alterius, ad quam Episcopus, alijsve Prælatus, qui propriè dicitur Iponius Ecclesie, transfertur, mos ut consentit in hanc translationem, veletiam ubi ea ex gravi causa fit invito illo 160. 1. & 2.
- Quin & inducitur ab illo tempore, quo Episcopus ab illius Ecclesie, à qua transffertur, vinculo absolvitur in Conflistro Papæ, etiam ante expeditionem literarum apost. super ea translationem. 160. 4.
- Cujus olim erat contrarium, cum prior Ecclesie non vacat ante literarum illum expeditionem, & inhibitionem factam Capitulo. 160. 3.
- Vacatio utriusque Ecclesie num contingat ipso jure, dum auctoritate propriæ Episcopus transiit ad aliam ecclesiam. 160. 5.
- Vacatio beneficiorum subsicer sententia prætoriorum tam legis, quam hominis. 161.
- Vacatio beneficii inducitur ab eo momento, quo crimen admisum, cui amissio à lege statuta ipso jure, 168. 1.
- Vacatio nullatenus in illo casu inducitur per obitum, dum forte interea, quo pro obitua declaratoria, ubi ea necessaria, discutitur factum, delinqens moretur, sed privatione. 166. 1.
- Secus est, ubi is solum venit privandus per sententiam. 166. 2.
- Vacatio beneficii ipso jure, per quæ verba inducitur. 171.
- Vacatio mox inducitur, ac lata sententia privationis ob crimen, ob quod quis privandus. 174. 1.
- Vacatio beneficii inducatur nequit per sententiam privationis nullam, 178. 1.
- vide v. *Exceptio*.
- Vacatio non tam nova inducitur, quam prior perseverat ob non servaram in ejus provisione formam privatam à Trid. 184.
- Vacatio beneficii ob non promotionem infra annum non inducatur ipso jure, etiam ante omnem sententiam declaratoriam? 185.
- Vitatio haec evitabitur ob non impedimentum legitimum, etiam propriæ culpæ contractum: item ob dispensationem, quod haec promotionem faciendam. 185. 2.
- Vacatio beneficiorum qualiter inducatur ob non redditum? 186.
- Vacatio beneficiorum olim non inducatur per delationem publicam, & continuatam habitus laicalis, fecus est modò ob Bullam S. XVI V. cujus virtus in privando coramverti nequit, sub prætextu, quod non sic recipit. 187.

## ac materiarum.

- Vacatio beneficiorum incompatibilium habitorum ex dispensacione inducitur ipso jure ob non osteniam hanc dispensacionem Ordinatio id expoventi. 188
- Vacatio inducitur ipso jure ob non iolutas Cameræ apost. annatas. 189
- Vacatio prahabitorum non inducitur ob non expressum verum valorem in impetracione novæ gratiæ, sed hæc solum refutatur. 191
- Si vacatio beneficii resignati non inducitur expatio falso valore, sed ducat illud penes resignantem. 191
- Vacatio prahabitorum & de novo obtenti à Papa cuiuscunque beneficii ipso jure inducitur, dum hujus capite possestio ante expeditas literas apost. 193. 1
- Vacatio illa locum non habet in provisib. ab inferioribus, utpote in quo non cadit illa successitas literarum. 193. 3
- Vacatio illa respectu obtenti de nova non vero prahabitatum locum habet possessione capitâ nulliter. 193. 4
- Vacatio tam prahabitorum quam de novo, obtenti intrat, etiam si prouisus a. oitolicus sibi insuper faciat provideri de codem beneficii ab inferiore, & in vi illius capiat possessionem ante literas apost. 193. 6
- Vacatio beneficii, de quo etiam legitimè prouisus, capit possessionem violenter, & propriâ autoritate, inducitur ipso jure. 194
- Secus est, si a capienda possessione illa non adhiberet violentiam ei, qui est in possessione. 194
- Vacatio beneficii super quo, seu in cuius causa impositum sequestrum (non aliorum) inducitur ipso jure ob violatum sequestrum à litigante. 195. 1  
vide v. *Sequestrum*.
- Vacatio beneficiorum ipso jure inducitur ob detractionem scripturnam spectantium ad Cameram Apost. 196
- Item ob detractionem bonorum palauit Apostolicar. 196
- Vacatio beneficiorum habitorum ipso jure incurritur ob falsificatas literas apost. 197
- Priuquam tamen hæc pena incurritur debet reus in judicio de hoc cùmione convinci. 197
- Vacationem beneficiorum non inducit crimen falsi in ghetere, vel erit commissum circa literas non apostolicas. 197
- Vacatio beneficiorum non inducitur ipso jure, dum male promotus ad Ordines maiores in iisdem ministrare præsumit, sed solum privandus talis per scemtiam. 198
- Vacatio beneficiorum, quorum bona alienantur sine consensu Papæ, non aliorum, inducitur hoc ipso facto sine declaratione aliqua, dum alienatores sunt Episcopo & Abbeate inferiores. 199. 1
- Vacationem beneficiorum etiam corum, super quibus commissa, nulla simonia conventionis inducit ipso jure. 200. 3
- Vacatio beneficiorum ut ipso jure inducitur ob simoniam, necessitate est, illam utrumque completam esse. 200. 5
- Vacatio prahabitorum ipso jure non inducitur ob simoniam realiem commissam. 200. 6
- Noce ob excommunicationem. 204. 1
- Vacatio non inducitur ob supervenientem beneficiario irregularitatem. 208. 1
- Vacationem beneficiorum homicidium deliberatum, etiam patris, Clerici &c. non inducitur ipso jure. 209. 1
- Vacatio tamen beneficiorum habitorum ipso jure inducitur occisione, percussione, molestationie &c. Cardinalem tam respectu occisoris, quam cum juvantum, recipientem. 209. 2
- Idem est de occidentibus, percurientibus Episcopum, respec-  
tive beneficiorū habitorum in ejus Ecclesi. 209. 2
- Item de occidentibus Rectorem Ecclesie, vel alium beneficiatum respectu beneficiorum ab occidente habitorum in eadem Ecclesia. 209. 2
- Item de occidentibus, vulnerantibus in Curia Romana litigantes, corumque Judices, Advocatos, Notarios. 209. 2
- Vacatio ipso jure non inducitur ob percussionem, vulnerationem &c. aliarum personarum, etiam Clericorum. 209. 3
- Vacatio beneficiorum ipso jure inducitur ob assassiniū. 210. 2
- Vacatio beneficiorum quoru[m]que inducitur ipso jure ob procurationem abortivis. 211
- Vacationem beneficiorum qualiter ipso jure inducat sodomaia. 212. vide v. *Sodoma, Privatio*.
- Vacationem beneficiorum non inducitur pollutio. 213
- Vacatio beneficiorum non inducitur ob perjurium, etiam factum in iudicio. 218. 1. & 2
- Vacatio beneficiorum non inducitur ob quodlibet sacrilegium ipso jure. 220
- Vacatio quomodo inducitur ob blasphemiam. 219
- Vacatio non inducitur ipso jure ob furum, usuram, & similia crimina, sed solum per scemtiam. 221
- Vacatio ipso jure inducitur ob incarcerationem Clerici, usque dum hic resigat ei beneficium. 222
- Vacatio ipso jure ante degradationem non inducitur ob dietas missas, & auditas confessiones ante presbyterium. 222
- Vacatio omnia beneficiorum ipso jure inducitur ob crimen simulationis. 224
- Vacatio omnium beneficiorum inducitur ipso jure ob crimen læze majestatis humanae. 225
- Non tamen læze majestatis Principis alicujus secularis. 226. 2
- Vacatio beneficiorum prahabitorum cum ipso facto inducatur ob haeresim. 228  
vide v. *Haeresis*.
- Ex vacatione ob haeresin provisus capere nequit possessionem, privato seu intruso non citato. 228
- Vacatio vera inducitur per resignationem. 238. 1
- Ad vacationem illam inducendam requiritur consentus simultaneous resignantibus, & recipientis resignationem. 238. 3
- Vacatio quoque inducitur resignatione conditionata admisa, etiam facta permutationis gratia. 240. 1
- Vacatio permutorum nulla inducta censetur ad effectum reservationis, suppressionis, aut unionis. 240. 1
- Vacatio, resignatione conditionata admisa, non inducitur simpliciter, sed ut resignata conferantur resignatio cum conditionibus apostolis. 240. 3
- Vacatio in resignatione conditionata contingit codem tempore, quo in resignatione simplici, nempe eo momento, quo concurrent consensus resignantibus & Papæ. 240. 4
- Vacatio an conferatur ex obitu, an ex resignatione, dum ea admissa à Papa, & acceptata à resignatario, neendum ramen huic factâ collatione, resignans moritur. 240. 6 & 7
- Vacatio per resignationem conditionata, tum demum consumbitur, cum resignatarius factam sibi collationem beneficii resignati acceptat. 240. 6
- Vacatio ex resignatione inducitur, resignatario reperio inhabili, nisi resignans probet exhibitam à se diligentiam in inquirendo de habilitate. 242. 3
- Vacatio ipso jure non resultat in resignatione facta simoniace. 242. 4
- Vacatio resultat ex resignatione ineffectuata, & non validâ ob non publicationem illius, per resolutionem juris quælibet resignatario. 242. 5
- Vacatio dicta resultat tanquam per mortem civilis resignatarii, & ex ejus, & non ex resignantibus persona. 242. 5
- Vacatio, resignante in favorem motiente intra 20. dies, non contingit ex resignatione, utpote nullius, sed per obitum ex persona resignantis. 242. 6
- Vacatio beneficii inducitur per resignationem in personam, dum propter positivum patrōnū, resignatum est sic magna Ecclesiæ utilitate. 244. 8
- Vacatio beneficii remanet firma, quando resignatio in favorem, vel permutationis gratia non potuit sortiri effectu propter dolum, vel culpam resignantis. 244. 9
- Vacatio vera inducitur per resignationem permutationis gratia factam coram Ordinario. 245. 4
- Vacatio que illa est per resignationem, & non per obitum, tali permutatione mortuo. 245. 4
- Vacatio beneficii, ad cuius titulum quis ordinatus Ordinibus sacris, inducitur ob ejus resignationem factam coram Ordinario, non factâ mentione esse titulare, & haberi aliunde vivere; secus est de eo resignato coram Patre, à non habente aliunde vivere. 307. 1. & 2
- Vacatio prahabitorum non inducitur per promotionem ad Episcopatus solum titulares in partibus infidelium. 320. 2
- Vacatio inducitur per regulam de infirmis, est vera vacatio per obitum. 349
- Vacatio in Curia inducitur resignatione & vacatione in Curia. 346. 2
- Vacatio dicitur secura in Curia vi destinationis, quâ quis instiuitur procuratorem ad resignandum in Curia, seculo actu resignationis quoad ipsum confituentem. 346. 2
- Vacatio beneficii resignati in favorem Capituli ulterioris contingere nequit. 364

Valor

# Index rerum

## Valor.

- Valor beneficij de novo obtinendi exprimendus in imperatione illorum, non veð valor præhabitorum. 87. 1  
 Valor verus in Germania non exprimitur, sed solum quod excedat redditus annos 24. ducatorum. 87. 2  
 Valore præhabitorum vero non expresso, ea non vacant in imperatione novæ gratia, sed hæc solum resolvitur. 191.  
 De valore exprimendo Regula Cancell. 6r. locum non habet in provisione Ordinarii, sed solum in gratis Papæ, Legatorum ejus, & Cardinalium. 192. 1  
 Item locum non habet in Canoniciis Germania & Hispania. 192. 2  
 Valor ille exprimendus in beneficiis motu proprio collatis, 192. 3  
 Valor ille ad invalidandam gratiam perinde est, cum minor, an vero major vero fit expressus. 192. 4  
 Valor illi est pars gratia, & non solius demonstrationis causæ adjectus. 192. 4  
 Valor expressus est justificandus, etiam nullo contradicente. 192. 5  
 Valor singulorum præhabitorum districte narrandus. 192. 6  
 Valor probandus plenæ & concludenter ad tempus gratiae. 192. 6  
 Valorem exprimendi & justificandi iste rigor laxatur, dum in supplicatione in seferit clausula facultatis augendi & minuendi. 192. 7  
 Valoris quoque expressi levissima probatio sufficit, dum agitur solum de valore præhabitorum. 192. 7  
 Valoris quoque præhabitorum probandi nulla est necessitas, ubi offeratur eorum dimissio. 192. 7  
 Valoris expressio facienda ideo tantum, ne fraus fiat annata. 192. 7  
 Ad valorem quoque beneficii de novo imperati justificandum sufficit probatio semiplena. 192. 7  
 Valoris in hoc casu excessus non facilè presumitur. 192. 7  
 Valor pro constituta pensione concludenter probandus, ut & ab eo, qui obicit falsum valorem expressum in fraudem annata, & ex hoc capite impetrat. 192. 8  
 Valorem hanc concludenter probandi praxis. 192. 8  
 Valor, dum solum in minimo fuit narratus falso, non statim corruit in totum penitus. 489  
 A valore narrato probando pensionarium liberat consensus titularis in pensionem, non tamen liberatur ab eo probando contra successorem dicti titularis. 490  
 Valor pensionis qualiter probandus à pensionario. 534. vide v. Pensionarius.  
 Valor beneficii qualiter probetur plenæ per scripturas authenticas, vel etiam per testes. 534. 6. & 8  
 Valor beneficii, dum intenditur per modum objectus contra gratiam, qualiter probandus. 534. 8. & 9  
 Valorem majorem vero exprimere ex conventione resignantis & resignatarii, ut obrinetur super illo beneficio pensio, aut major pensio, non est simonia. 740  
 Valorem verum, quem habet beneficium una cum ei annexis, si expressus fuerit, et si nulla mentio facta annorum, gratia non est subreptitia. 925. 1  
 Valor verus beneficiorum in unione eorumdem facienda per Papam, eijusve Legatum, est exprimendus : secus in unione facienda per Ordinarium. 925. 1  
 Valorem beneficiorum ignorare presumitur Papa ejusque Legatus; non vero Ordinarius. 925. 1

## Variatio.

Variatio personis maximè Eccles. prohibita. 263. 1. & 270

## Venditio.

- Venditio secundum se solum non transfert dominium. 199. 2  
 Venditio & similes contractus sunt quidem cause transrendi dominium, non tamen concludunt ad ipsum actum translationis, qui perficit traditione rei. 199. 2

## Vexa.

